



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica III. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

Cælo. I. In Terra omnibus hominibus : II. In Ecclesia omnibus Fidelibus: III. In Cælo omnibus Beatis. Zachar. La Selve hic.

THESIS XIV. *Nemo virorum Vocatis.*
illorum, qui vocati sunt, gustabit Cœnam meam. Luc, 14. v. 24. I. Deus prius *Dulciter* vocat: Fecit Cœnam magnam, & vocavit multos. II. Postmodum *Terribiliter increpat*: Tunc iratus Paterfamilias. III. Et ad extremum *Irretractabiliter damnat*: Nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit Cœnam meam. S. Gregor.



DOMINICA III. post PENTECOST.

THESIS I. *Erant appropinquantes Peccator.*
Peccatores. Luc, 15. v. I. I. Alii Peccatorum sunt *Recedentes à JESU*, de quibus Jeremias c. 17. v. 13. *Qui te derelinquunt, confundentur, Recedentes à te in terra sribentur.* Ita recedunt *Athei, Politici, Desperabundi &c.* II. Alij

K 4

Alij Peccatorum sunt *Appropinquantes*, qui pœnitentia ducuntur, veniam petunt &c. *De his hodiernum Evangelium.*

Deus Misericors.

THESIS II. *Peccatores recipit.*

Luc. 15. v. 2. *Divinæ Misericordiæ magnitudo ostenditur I. Quia Deus hominem peccatorem inquit. II. Quia illum cum labore quærit. III. Quia quærit illum cum gaudio. IV. Quia illum repugnantem, & obstantem requirere non desinit. Thom. Regina ser. 6. Dom. 3. Quadrage. Crasset.*

THESIS III. *Peccatores recipit.*

Luc. 15. v. 2. I. Deus offensus peccatorem *Inimicum* suum quærit. II. Non solum peccatorem quærit, sed etiam *Primus* quærit, & pacem ab ipso petit. III. Nec quomodocunque petit, verum *Supplex* petit, quasi ipse offendisset, & sibi veluti timeret ab homine. *Crasset. Confid. Dom. 19. Pent. ser.*

4.

Gaudium converse Animæ.

THESIS IV. *Gaudium erit.* Luc.

15. v. 7. *Evangelium loquitur de Gaudio Pastoris, nos de Gaudio Ovis inventæ loqui volumus. Gaudia animæ converse quanta ! I. Quale gaudium*

dium, *Petere portum* superato Naufragij imminentis periculo ? II. Quale gaudium, *Recuperare sanitatem* post morbum periculosissimum. III. Quale gaudium *in libertatem asseri* ex captivitate seu carcere terribili. *Grossez. Diarium Sanctior. hic.*

THESIS V. *Peccatores recipit, & manducat cum illis.* Luc. 15. v. 2. *Amor Dei in peccatorem admirandus, nam, I. Patitur, & sustinet peccatores: quin æmulatur superare malitiam peccatoris, quem, indignum amore, diligit; indigno temporis tempus concedit; meritum pœnas misericordiâ donat. II. Vocat & Querit peccatores: nempe Pastor vocat; quærit; humeris portat. III. Convertit, & Justificat peccatores: Nam peccati maculam diluit; reatum pœnæ æternæ remittit; Gratiâ Justificantem infundit.* *Vivien. Tert. Prædic. verbo Amor.*

THESIS VI. *Peccatores recipit.* Luc. 15. v. 2. *Dei Bonitas in tribus rebus apparet. I. Quod quærat peccatores. II. Quod illos recipiat. III. Quod illis blandiatur; Quærat absque vin-*

vindicta, Recipiat sine exprobratione.
Blandiatur continuando sua beneficia.

THESIS VII. *Vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam, & cum inuenit eam, imponit in humeros suos.* Luc. 15. v. 4. Ovis quidem, stupidum animal, se Pastori subtrahere, & à gregge exerrare valet, verùm, unde discessit, redire non valet, nisi Pastor I. Eam perdat. II. Quærat. III. Et ad Ovile reducat. Noverit anima, se præventam, & ante quæsitam, quàm quærentem. S. Bern. Serm. 84. in Cant. Dioscori. hic in Moral.

Peccator.


THESIS VIII. *Erant appropinquantes.* Luc. 15. v. 1. I. Sunt peccatores, qui appropinquando ad JESUM, sunt insensibiles, quia ejus præsentiam non satis apprehendunt. II. Sunt peccatores, qui sunt insensibiles Rediundo à JESU, quia Sacramenta pariter frequentant. *Diction. Apost.*

Pœnitens.

THESIS IX. *Uno peccatore Pœnitentiam agente.* Luc. 15. v. 7. I. Pœnitentia fons lacrimarum in Pœnitente est. Dolor Offensi Dei. II. Secundus est

Gaudium de remisso peccato, seu Rever-
sionis ad Deum.

THESIS X. *Peccatores recipit.* *Misericor-*
Luc. 15. v. 2. I. Nemo majorem *diæ Dis-*
causam habet Justitiam Divinam timen- *nae abusus.*
di, eò, qui abutitur Misericordia Dei,
An oculus tuus nequam est, quia ego
bonus? II. Nemo majorem rationem
habet sperandi de Divina Misericordia,
quàm qui vitam suam ad normam Ju-
stitiæ Divinæ instituit, ac ordinat.
Chappuis S. J. in Medit. 7. Sept.



DOMINICA IV.
post PENTECOST.

THESIS I. *Faciam vos fieri Pesca- piscator.*
tores. Matth. 4. v. 19. Tri-
plex genus Piscatorum reperire est. I.
In Aere, scilicet illæ *Aves*, quæ circa
fluenta & aquas volitant piscibus insi-
diantes, ac propterea à Germanis pi-
scatores appellantur; atque hi sunt In-
vidi. II. *In Terra*, scilicet *Homines*,
qui piscationi indulgent, atque hi sunt,
qui commodo suo student, ac inhiant.
III.